



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

runt. Cives ex hordeo, tritico & lupulo cerevisiam coquunt, istius Regionis optimam, ea omnem viciniam majorem cum proventu intruunt, quod aquæ, vel æris beneficio, ex modicâ polentâ magnam Zythi copiam braxent. Incolæ ad res suas admodum attenti, manibus & linguâ à superiori Eichsfeldia discrepant, ac magis ad mercaturam & Brunswicensem Genium accedunt, nisi quod, ut solet, peregrinatio in aliis mores flectat.

Ad ista inter spem & metum hærebat Erfordia, tutior, quod & ipsa Dietheri æmula esset. Continuo ÷ eam Cæsar ab illius obedientia retrahebat, nec Electoris titulo dignabatur, sed Dietherum de Isenburg appellabat. Civitas captandam occasionem rata, ÷ parituram se Cæsaris mandato respondet, (a) verum sine legibus & judiciis civilem societatem non duraturam. Igitur Senatui jura Sedis indulgenda. ÷ Personam Dietheri, non Moguntiam ira Friderici persequebatur, sic ergo annuit Cæsar, ut ille quidem, non Sedes pati videretur: favor Archiepiscopatus prætenditur, administratio Regalium & Electoralis Jurisdictionis in & extrâ Urbem Senatui defertur, ut jurium horum vivo Diethero Sequester esset. Eo autem vel Cæsari conciliato, vel mortuo, futuro Archiepiscopo de Electoralibus Eminentiis investito, cum fructibus perceptis

## II.

*Erfordiam  
ab obedientia  
Sedis advocat.*

*Civitatis responsum.*

*Jura Moguntina deferuntur Senatui, quoad vivet Dietherus.*

(a) *Superbis omnibus documenta in Archivis supersunt.*

restitueret. Frenum equo feroci creditum,  
*Senatus abu* † Inescata Civitas Imperii deliciis omnia  
*titur Seque-* ex libidine agere, Moguntinos Officiales  
*stro.* persequi, jura Sedis, monumenta, acta  
 \* MCCCCL sibi vendicare. \* Dietherus ad hanc Ci-

XXX.

*Electōr du-*  
*plici scrip-*  
*to causam*  
*suam tuetur*

vitatis insolentiam ex justo m̄ore dole-  
 lebat, & acius affligebatur, quod malo  
 remedium deesset. Inimicus Cæsar, Sa-  
 xones invidi, horum favore Matrem filia  
 impunè repudiabat. Elector † cum all-  
 ter non posset, duplici scripto Moguntia  
 Superioritatem publicè vendicat, (a) ac  
 postquam discrimen cum Cæsare, suamq;  
 innocentiam, simul, quod iis se Civitas  
 immiscuerit, querelas attulisset, Erfur-  
 tum in dominio, & proprietate Sedis, et  
 jusque patroni S. Martini à multis jam sæ-  
 culis fuisse demonstrat, superioritatem in  
 Erfordiam, jurisdictionem cum omni ef-  
 fectu ArchiEpiscopo Electori competere;  
 nil se quidem de libertatibus, & privilegi-  
 is, quibus cives à Sede gaudent, diminu-  
 tum, sed potius confirmata velle. Er-  
 furtenses † à superioritate Moguntina  
 Urbis libertatem extingui credentes, vi-  
 cissim calamum stringunt, & affixis ad  
 Cæsarem, Electores, Principes literis Ci-  
 vitem suam nobile Sedis Moguntinae  
 membrum fatentur, ast omnimodam su-  
 perioritatem Electori negant. Eximia  
 quædam Jura Senatū independentem à  
 Mo-

(a) Extat tam hoc scriptum, quam Erfurtensum ei appositum, utrum-  
 q; Typis evulgatum.

Moguntia habere, partim accepta à Cæsaris, aliis ab Urbis natali huc derivatis. Longam deinde seriem eorum subnectunt: retineret prærogativas suas Elector, sed & Civitatì suas relinqueret, separatas pactis, consuetudine, imò locis. Elector † ne quid in concordia favorem omisisse videretur, fratrem suum, (a) qui de antiquissima subjectione Senatam morderet, ablegat. Conventus in Monasterio S. Petri instituitur, † hortatur Legatus, ne desertis majorum institutis à felicitate illorum deviare. Fortunam in obsequiis habuisse Erfordiam, quamdiu Moguntiam suspexerit. Vanum esse libertatis sue ab eo timere, à quo eadem fluxerit, nihil minus filie, quam servitutem Moguntiam intendere, eandem superesse Matrem, quæ dum filiam obsequentem amat, liberam velit; licentiam esse, quam adversetur. Ast cum hæc, non ut publicum, ita privatum cujusvis bonum promoverent, frustra suadebantur, & Electoris frater infecta re discessit. Civitas ut seditionis notam dilueret, lædi se novis Dietheri postulatis queritur, † ac multis eum coram Cathedrali Collegio defert: molimina Dietheri non Urbis tantum injuriam, sed & ignominiam Capituli respicere, sine cujus assensu cum magni quid Archiepiscopus frustra agat, in his cum præcipuo Electoratûs membro litibus, solo pertinaci genio ductore processisse: rogare se, vellet Capitulum, nobiles ac Ur-

*Electoꝝ per  
legatum ur-  
bis obedi-  
entiam sollici-  
tat.*

*Legati Ora-  
tio.*

*Erfurtenſes  
reddere E-  
lectoꝝem in-  
viſum Ca-  
thedrali ca-  
pitulo co-  
nantur.*

(a) MS. Chronicon Petr.

Urbes Electoratus Francofurti convocatis  
his se iustitiam causæ probaturam. Capitu-  
lum insolentis postulati iniquitatem ex-  
probrat, de Cætero Erfordiam ut pro po-  
tissimo Electoratus membro agnoverim  
maiores, sic se deinceps habiturum, ac  
membrum imperia Capituli expectare, non  
proprium affectare Dominatum debe-  
re.

## III.

*Dietherus  
Albertum  
Saxonie E-  
lectoris filium  
coadjutorem  
assumit.*

*Ingratum id  
Erfurten-  
sibus & cur?*

Prudenti consilio Dietherus † contra  
tot pericula Sedem Moguntinam Alberto  
fulcivit: erat is Ernesti Saxonie electoris  
filius, ecclesie Metropolitanæ Canonicus,  
magnarum virtutum & spei Adolescens,  
annos natus septendecim. Hunc admini-  
stratorem à Sixto Papa IV. consentiente  
Capitulo impetravit, eundem huic Urbi  
provisorem, sicut & Eichsfeldiæ nomi-  
naverat, erfurtenibus multum reluctan-  
tibus, cum prius Vinariæ in eum consen-  
sissent. Est illa dignitas eadem cum Vice-  
dominatu, sed cum hic sit humilior, quam  
ut hereditario Domino tribuere nomen  
valeat, Cathedrales Domini summæ rei  
erfurtensis providere, quam agere vices  
dici maluerunt. Subsiderunt nonni-  
hil Saxonum animi, & restituta quieti  
Eichsfeldia. Sed † ingens hic erfurdia  
metus, auxit eum perperam actorum me-  
moriam, & profanati ad insolentiam Se-  
questri. Administrationem hanc succes-  
sionem spectare facile inferebat, nodosissimum  
autem oberrabat Capistrum, si  
Prin-